20

Bulla Cōcordie inter Miniſtrū Generalē totius Ordinis ſancti Franciſci et Magiſtrum generalem Fratrū Cōuētualium eiuſdē ordinis.

Leo X

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

INNO MINE SANC TEET

Indiuidue Trinitatis Patris et Filii et Spiritusſancti Amen.
Nouerint vniuerſi et ſinguli hoc preſens publicum Tranſumpti
inſtrumentum inſpecturi viſuri lecturi pariter et audituri. ꝙ nos
Dominicus miſeratione diuina Epiſcopus Portueñ ſancte Ro-
mane eccleſie Cardinalis ſancti Marci Grimanus nuncupatus to-
tius ordinis ſancti Franciſci protector Vidimus tenuimus et dili-
genter inſpeximus quaſdã litteras apoſtolicas ſanctiſſimi in Chri-
ſto patris et domini noſtri domini Leonis diuina prouidentia pape
decimi cum filis ſericis rubei croceiꝫ coloris plumbatas quas ſa-
nas et integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua ſui parte
ſuſpectas ſed omni prorſus vicio et ſuſpicione careñ inuenimus.
Quarumquidem literarum tenor ſequitur et eſt talis.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Ad perpetuam
rei memoriã Omnipotens deus cuius perfe-
cta ſunt opera qui cũcta ſapientiſſime cõdidit
in numero pondere et menſura et cuius nutu omnia reguntur Ro-
manum pontificem ſic catholice prefecit eccleſie vt que diuino ho-
nori ſalutiꝫ fidelium cognouerit accommoda non ſolum faciat ſed
quantum in ipſo fuerit aſpirante celeſti gratia ad debite perfectio-
nis perducat effectum. Sane diebus nouiſſimis Cum generaliſſi-
mum capitulũ totius ordinis beati Franciſci conuocari feciſſemus
illudꝫ in domo de Araceli de vrbe dicti ordinis celebrari debere
ordinauiſſemus pro v[illegible]ione vniuerſali fratrum predictorũ ſub vno

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

capite reformato inter alia facienda pro potius huiuſmodi vnione
de venerabilium fratrum noſtrorum ſancte Romane eccleſie Cardi-
nalium conſilio et aſſenſu necnon ad regum et principum Chriſtia-
norum humiles ⁊ inſtantiſſimas preces auctoritate apoſtolica Sta-
tuimus et ordinauimus Quod de cetero perpetuis futuris tempo-
ribus Miniſter generalis totius ordinis ſancti Franciſci a ſolis et
de ſolis reformatis fratribus dicti ordinis viuētibus abſq; priui-
legiis bona temporalia concernentibus eligi debere. Cui omnes ⁊
ſinguli fratres ſecundum regulam eiuſdem beati Franciſci ſubiici
et obedire tenerentur. Et deinde fratres Conuentuales cum priuile-
giis eis a ſede apoſtolica conceſſis viuentes ac redditus et poſſeſſio
nes aliaue bona temporalia ſecundum huiuſmodi priuilegia retine
re volentes per alias noſtras litteras etiam Statuimus et ordinaui
mus: ꝙ vnum ex eiſdem fratribus Conuentualibus vita et moribus
ydoneum ſibi eligere poſſent qui eorum magiſter Generalis appel
laretur: ⁊ eorundem fratrum Conuentualium ſub dictis priuilegiis
viuentium curam gerere et electionis de ſe facte confirmationem a
dicto Miniſtro generali totius ordinis petere deberet prout in lite
ris predictis plenius continetur. Cumq; in Capitulo generaliſſimo
in dicta domo de Araceli huiuſmodi nuper p fratres reformatos
celebrato ibidem preſentibus auctoritate noſtra Protectore ipſius
ordinis et aliis duobus ex ſancte Romane eccleſie Cardinalibus ad
id a nobis ſpecialiter deputatis die ad hoc p nos aſſignata fratres
ipſi vocem in electione Miniſtri Generalis huiuſmodi habentes.
Dilectum filium Chriſtoforum de Forliuio qui Vicarius generalis
fratrum Minorum de familia tunc erat in Miniſtrum Genera-
lem totius ordinis ſancti Franciſci rite et recte Fratres vero Con-
uentuales cum priuilegiis vt prefertur viuentes in domo ſanctorū
Apoſtolorum etiam de vrbe dicti ordinis ad id etiam legitime con-
gregati Dilectum filiū Antonium Marcellum vita ⁊ moribus ydo
neum in Magiſtrum Generalem fratrum Conuentualium huiuſ-
modi etiam elegiſſent. Nos cum audiuiſſemus electiones de Mi-
niſtro et Magiſtro prefatis per eoſdem Fratres iuxta ordinationes
noſtras predictas ſpiritu ſancto id operante ſumma cum caritate ac
pace et vnione factas fuiſſe dictum Antonium in Magiſtrū fratrū
Conuentualium electum coram nobis preſentem in domino bene-
diximus ac benedictionem noſtram huiuſmodi pro confirmatione
quam a prefato Miniſtro Generali petere tenebatur pro hac vice
duntaxat ſufficere voluimus ac deſiderantes per eoſdem Chriſtofo
rum Miniſtrum et Antonium Magiſtrum ſic electos et eorū ſuc-

ceſſores fratres ſibi commiſſos ſub proſpero et felici regimine gu
bernari ac in pacifico et tranquillo ſtatu conſeruari poſſe cogitaui-
mus tali modo prouidere ꝙ de cetero odor bone fame eorundem
fratrum apud omnes chriſtifideles etiam Reges et Principes re-
ligionis Chriſtiane Perpetuis futuris temporibus redoleat ⁊ pax
et vnio plurimum ab omnibus deſiderata cōſeruetur omniſq; diſſi
dii occaſio que humani generis procurante inimico exoriri poſſet
extinguatur et penitus tollatur aliqua per eoſdem Miniſtrum et
Magiſtrum alioſq; ipſius ordinis profeſſores firmiter et inuiolabi
liter ſeruanda Motu proprio et ex certa noſtra ſcientia ac matura
cum eiſdem Cardinalibus preſidentibus deliberatione prehabita
duximus ſtatuenda Videlicet ꝙ prefati Antonii Magiſtri Genera
lis Fratrum Conuentualium ſucceſſores ab eiſdem Fratribus Con
uentualibus pro tempore electi confirmationem ab eodem Mini-
ſtro Generali et ſucceſſoribus ſuis Miniſtris Generalibus totius
ordinis quemadmodum Vicarii generales tunc de familia nūcupa
ti petere tenebantur petere teneātur. Ac ꝙ Magiſter nunc ⁊ pro tē
pore electus ad regimen fratrum Conuentualium ſancti Franciſci
iuxta dictam noſtram ordinationem Magiſter generalis Fratrū Cō
uentualium imperpetuū appellari debeat. Quodq; in ſingulis pro-
uinciis deputati ad regimen Fratrum Conuentualiū de cetero Ma
giſtri Prouinciales Fratrum Conuētualium cum ſuis Sigillis vo
cari et a Miniſtris Prouincialibus regularis Obſeruantie in pro
uinciis iuxta morem dicti ordinis reſpectiue pro tempore exiſtenti
bus confirmationem electionum de eis pro tempore factarū eo mo
do quo Vicarii Prouinciales olim de familia nūcupati a tunc Mi
niſtris Prouinciarum fratrum Conuentualium petere tenebātur
etiam petere teneantur. Quodq; tam Generalis q̃z Prouinciales
Miniſtri prefati taz ante q̃z poſt Generalis et aliorum Magiſtroꝝ
confirmationem huiuſmodi tā de Generali et Prouincialibus q̃z
aliis fratribus Conuētualibus huiuſmodi et eorum ac aliorū tertii
ordinis Fratrum et Sororum nuncupatorum qui catenus ſub Mi
niſtro generali Conuentualium fuerant regimine nullatenus ſe in-
tromittere aut eos per ſe vel ſuos commiſſarios viſitare ſeu corrige
re poſſint nec aliquā iuriſdictionem ſeu ſuperioritatem in ipſos ex-
ercere valeāt preterq̃z cū ipſum Miniſtrū generalē pro tēpore exiſtē
tē ad ipoꝝ Fratrū Cōuētualiū domos ⁊ loca declinare cōtigerit quo
caſu ipſe Miniſter eoſdē fratres Cōuētuales paterne viſitare. Ipſiq;
fratres Cōuētuales eūdē Miniſtrū Gn̄alē tanq̃z tot.9 dicti ordinis
ſuperiorem omni cum caritate et dilectione recipere debeant dum-

modo idem Miniſter generalis nunc et pro tempore exiſtens nihil
iudicialiter circa ipſos fratres conuentuales ac domos eorum et lo-
ca ac etiam Monaſteria Monialium ſub eorum cura degentium ex-
erceat niſi eo modo quo Miniſter generalis tunc fratrum conuen-
tualium ſuper fratres de familia et eorum domos et loca et Mo-
naſteria Monialium tempore conuocationis dicti Capituli Ge-
neraliſſimi exercebat exercere poſſit. Et inſuper generali et Pro-
uincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus ſub excommunica-
tionis late ſententie pena precipimus et mandamus ne directe vel
indirecte etiam fauore dominorum temporalium Ciuitatū ⁊ Uni-
uerſitatum Opidorum Terrarum et Uillarum ac perſonarum ec-
cleſiaſticarum etiam Prelatorum quorumcunqꝫ ſeu eorūdem Car-
dinalium ſiue alio queſito colore vel ingenio malicioſe ꝙ domus et
loca fratrum Cōuētualiū ſeu Monaſteria Monialiū cure Magiſtri
generalis Cōuētualiū huiuſmodi ſubiecta et q̄ hactenus ſub dicto
miniſtro generali fratrum Conuentualium fuerant eis quoquomo
do auferantur procurare preſumant. Et nihilominus quicquid in
contrarium attemptatū fuerit ſit eo ipſo Irritum ⁊ inane Domus
autem ⁊ loca ac Monaſteria Monialium Magiſtro Generali fra-
trum conuentualium ea ſubiecta eſſe intelligi volumus que apo-
ſtolica vel alia auctoritate Miniſtro generali ante celebrationem
dicti Capituli generaliſſimi proxime in dicta domo Araceli cele-
brati ſubiecta erant ⁊ in quorum poſſeſſione ipſe tunc Miniſter ge
neralis conuentualium exiſtebat preſertim domus ſeu conuentus
Aſſiſij ⁊ ſancti Saluatoris de vrbe alieqꝫ q̄ꝫplures domus ac multa
Monaſteria Monialium que eidem Miniſtro Generali tunc im-
mediate ſubiecta erant que omnia ex nunc Magiſtro generali Cō-
uentualium immediate ſubiecta perpetuo ſint ⁊ eſſe cēſeātur Exce
ptis domibus ⁊ locis ac monaſterijs monialium dictorum fratrum
reformatoꝝ per priores litteras noſtras huiuſmodi nuꝑ vnitis que
Generali ⁊ prouincialibus Miniſtris in ſuis prouincijs reſpectiue
in omnibus ſubiecta remanere volumus Statuimus etiam ꝙ ſi
fratres conuentuales quandoqꝫ ſe reformare voluerint reformati ꝯ
ipſa iuxta priuilegia apoſtolica eis conceſſa per ſuos generalem ⁊
Prouinciales Magiſtros duntaxat fieri debeat niſi vbi fratres ali
cuius domus ſeu Conuentus ad veram et regularem obſeruantiam
⁊ omnimodam genenералis et prouincialium Miniſtrorum obedi
entiam venire ⁊ generali ac alijs Miniſtris prefatis ſe ſubijcere vel
lent. Quo caſu ſi fratres illarum domorum in quibus a decem vſqꝫ
ad vigintitres. In alijs vero domibus in quibus numerus a viginti

vſqꝫ ad quemcunqꝫ numerum fratrum eorumdem Conuentualium
fuerit due tantum partes ſubiectioni et ſubmiſſioni huiuſmodi con
ſenſerint tunc Generalis et alij prouinciales Miniſtri pro tempore
exiſtētes domos fratrum ſubiectioni et ſubmiſſioni huiuſmodi mo
do premiſſo conſentientium quacunqꝫ contradictione non obſtante
domos fratrum conuentualium et illarum fratres huiuſmodi libe-
re et licite recipere poſſint Domos vero fratrum Conuētualium in
quibus minor numerꝰ q̄ꝫ denarius fuerit etiam de omnium fratrū
Conuentualium earumdem domorum conſenſu nullatenus recipe-
re valeant ſed ille Generalis et aliorum Prouincialium Magiſtro
rum reformationi libere dimittantur Singulis vero fratribus Cō
uentualibus ad generalem et Prouinciales Miniſtros tranſire vo
lentibus ab eorum ſuperiore prius petita licet non obtenta licentia
liberam tranſeundi licentiam et facultatem concedimus. Preterea
volumus ꝙ illi ex fratribus Conuentualibus qui de cetero vitā re-
formatam ſub Generalis ſeu Prouincialium Magiſtrorum cura
ducere voluerint ſub eorum regimine permanere poſſint dummo-
do aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtinguantur et diſcernantur
ab illis qui vitam regularē ſub Generali ſeu Prouincialibus Mi
niſtris ducunt prout Generalis Miniſter ⁊ Magiſter inter ſe con-
uenerint Bonis prefatarum domorum reformādaꝝ immobilibus
et omnibus quorum fratres reformati nō ſunt nec capaces eſſe vo-
lunt generali ⁊ alijs prouincialibus Magiſtris ad eorum liberam
diſpoſitionem libere remanentibus. Et ne inter reformatos ⁊ con-
uentuales fratres prefatos ſuper precedentia diſſenſio ⁊ contentio
oriri poſſit volumus et etiam ſtatuimus ꝙ inter eos talis ordo
ſeruetur Uidelicet ꝙ in proceſſionibus et funeralibus ac exequijs:
necnon in omnibus alijs actibus publicis fratres Cōuentuales fra
tribus regularis obſeruātie locum digniorem relinquere teneātur
Si tamen aliqui graduati ſeu antiqui Patres aut Guardiani do-
morum conuentualium remanere vellent cum quibuſdam fratri-
bus antiquioribus ſub Generali et Prouincialibus Miniſtris vi
uentibus tunc et in hoc caſu vt euitetur diſſenſio huiuſmodi ⁊ per-
fecta vnio conſeruetur ſimul incedere Ipſiqꝫ conuentuales ſemper
eorum crucem et vexillum per eos deferri ſolitum deferre libere et
licite valeant. Poſtremo omnia et ſingula priuilegia et indulta di-
cto ordini tam per nos q̄ꝫ alios quoſcunqꝫ Romanos Pontifices
hactenus conceſſa eiſdem fratribus regularis obſeruantie ac Con-
uentualibus inq̄ꝫtum premiſſis non ſint contraria auctoritate ⁊ te-
nore preſentium inuicem perpetuo communicamus ⁊ ſuffragari vo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

lumus. eaqꝫ omnia etiam illis de nouo concedimus. Quocirca Ca-
mere apoſtolice generali Auditori necnon vniuerſis Patriarchis:
Archiepiſcopis ⁊ Epiſcopis ⁊ eccleſiarum Prelatis ac quibuſcūqꝫ
in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis perſonis per apoſtolica ſcripta
mandamus quatinus ipſi ⁊ eorum ſinguli preſentes noſtras literas
et in eis contenta quecunqꝫ vbi et quando opus fuerit ac quotiens
pro parte Miniſtrorum et Magiſtrorum aut alicuius ipſorum ſuꝑ
hoc requiſiti fuerint ſolenniter publicantes eiſqꝫ in premiſſis effica
cis defenſionis preſidio aſſiſtentes faciāt eos preſentibus literis ac
omnibus et ſingulis in eis contentis pacifice frui ⁊ gaudere. Non
permittentes eos deſuper inter ſe ac etiā per quoſcunqꝫ alios qua-
uis auctoritate et poteſtate fungentes quomodolibet indebite mo-
leſtari aut perturbari Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas et
alia iuris oportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo
Inuocato etiam ad hec ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Nō
obſtantibus quibuſcunqꝫ literis apoſtolicis ⁊ indultis etiam ſacri
Concilii Conſtantienſis dicte religionis fratribus familiis congre
gationibus denominationibus aut alicui eorum ſiue illarum aucto
ribus ⁊ inſtitutoribus ſub quibuſuis verborum formis ſolemnitati
bus et clauſulis fortioribus et inſolitis conceſſis ſeu forſan in fu-
turum concedendis quibus etiam ſi ad illorum derogationem de
illis eorumqꝫ totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa indiuidua
ac de verbo ad verbum non autem per generales clauſulas id im-
portantes mentio ſeu quevis alia expreſſio habenda aut aliqua alia
exquiſita forma ſeruanda eſſet illorum omniuꝫ tenores preſentibus
pro ſufficiēter expreſſis et inſertis habentes illis alias in ſuo robo
re permāſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter et expreſſe derogamus
contrariis quibuſcūqꝫ. Aut ſi Miniſtris et Magiſtris ac fratribus
prefatis vel quibuſuis aliis cōmuniter vel diuiſim ab apoſtolica ſit
ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excōmunicari nō poſſint
per literas apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de ver
bo ad verbum de indulto huiuſmodi mētionē. Ceterum quia diffi-
cile foret preſentes literas ad quelibet loca vbi opus fuerit deferre
volumus et auctoritate apoſtolica decernimus quod Tranſumptis
preſentium manu notarii publici ſignatis et alicuius prelati eccleſia
ſtici ſigillo munitis ea prorſus fides in iudicio et extra adhibeatur:
que adhiberetur ſi p̄ſentes originales litere eſſent exhibite vel oſtē
ſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtroꝝ pre-
cepti ſtatuti communicationis conceſſionis mandati derogationis
voluntatis et decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si

quis autem hoc attemptare preſumpſerit: indignationem omnipo
tentis dei ac beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe noue-
rit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum Anno In-
carnationis Dominice Milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo.
pridie Idus Junii. Pōtificatus noſtri Anno Quinto. Tho. de binis
Quibuſquidem literis diligenter inſpectis ad requiſitionem Re-
uerēdi Patris fratris Chriſtofori de forliuio dicti ordinis Ge
neralis Miniſtri literas ipſas per Notariū publicū infraſcriptū
exemplari et ſubſcribi ac in hanc publicam Tranſumpti formā re-
digi mandauimus ⁊ fecimus ſigilliqꝫ noſtri iuſſimus et fecimus ap
penſione communiri decernē et volē huic preſenti Tranſumpto
talem et tantam fidem adhibendam fore in iudicio et extra corā qui
buſcunqꝫ Judicibus et perſonis Eccleſiaſticis ⁊ Secularibus ac in
omnibus locis qualis ⁊ q̄ꝫ ea dictis literis Apoſtolicis adhiberetur
ſi in medium producerentur. Quibus omnibus et ſingulis Aucto
ritatem noſtrā de mandato prefati Sanctiſſimi domini noſtri pape
ac decretum interpoſuimus ⁊ interponimus per preſentes. Actum
Rome i edibus noſtris ſub Anno a Natiuitate domini Milleſimo
quingenteſimo decimoſeptimo Indictione quinta die vero.
menſis Junii. Pontificatus prelibati ſanctiſſimi domini noſtri do
mini Leonis diuina prouidentia Pape Decimi Anno Quinto.
Preſentibus ibidem diſcretis viris dominis Demetrio Calcidio:
Artium et Medicine Doctore Archidiacono Aquilegiē. et Laurē
tio ſager clerico Warmieñ dioceſ teſtibus ad premiſſa vocatis ſpe-
cialiter et rogatis.